

**Obitum illustrissimæ dominæ,
dn. Elsæ Duwall, natæ baronessæ
de Makerston, ...**

Procopæus, Christianus Petri

82 Aa 13/2 Duwall



National Library
of Sweden

O B I T U M

Illustrissimæ Dominae,

DN. ELSÆ DUWALL,

Natæ Baronessæ de Makerston, Lib. Baronessæ de Cassaritz, Dominæ in Sarfwelax, Abborfors, Liuxala, Saris, Degerby, &c.

S.^æ R.^æ M.^{is} Regniq̄ Sveciæ

Senatoris ac Cameræ Consiliarij Eminentissimi,

Illustrissimi atq̄ Excellentissimi Domini,

DN. LAURENTII CREUTZ,


Lib. Bar: de Cassaritz, Domini de Sarfwelax, Abborfors, Liuxala, Saris, Degerby, &c.

Conjugis Desideratissimæ,

Natæ Holmiæ d. 20. Septembr. Anno 1620. ibidemq̄; denatæ d. 23. Martij Anno 1675. ac solenni Pompa humo mandatæ, d. 17. Octobr. Anno 1675.

Sequenti linearum serie deplorat

CHRISTIANUS PROCOPÆUS.



Uoties in communem hanc vitam intueor, intueor autem sapissimè, toties miror esse, qui eo illam amore amplectuntur, curant studio, ut quod in ipsa reprehendent, non invenient: Quum tamen extra controversiam est vitam, si profiteri verum audeo, aut superbum esse fumum, aut lucidam umbram, aut splendidum nihil. *Incerta est, fluit; Fragilis est, abrupitur; Caduca est, evanescit; Et tamen usq̄; adeò incerta est, ut, antequam senseris, evanuit; invenies nihilominus qui ita illam colunt ceu ex ea nunquam decessuri, ita amant, ceu usura ejus gavisci æternum. Hic turres, ædificia, pensiles hortos extruit; corrumpit: quid inutilius? Ille sectatur Veneres, voluptates quærit; nocent: quid ignavius? Ille opes summa comparat industria; Consumuntur: quid proficuum minus? In ornando corpore, in formandis variè vestibus, in polienda facie totus occupatus est hic miser: Quid vanius quam in ipsa vanitate quærere vanitatem? Alius, quos natura ipsi negavit, fingit mores: Alius, quæ in ipsum dona cœlum contulit, dissimulat. Luctatur secum continuo hic: Alter securam prorsus vitam vivit, tanquam nullo planè tempore moriturus. Putarunt huic errori satis prospectam, Bonaventura, si statuas vitam esse sterces; Ambrosius, si reputes vitam esse miseriam: Augustinus, si cogites vitam esse bullam. Sed quid effecerunt? aut vitam esse magnum nihilum, aut magni hujus nihili cultores lepidos erroneos. Quid gloriaris, ò homo? vita hæc exitium minatur. Quid supervacaneo te labore maceras, tot palatia, tot arces, pyramides, tot amphitheatra extruis? velocitè labitur tempus, & omnia, quæ meretur, ad interitum ducit. Vis scire quid vita est? dixi. At repeto. Vita id solum est, vel quod non est, vel quod vix est, vel quod sordes est. Monstrum, quid te colimus? Flos es, pulchrum audio, sed marcessis; Umbra es, lucidam miror, sed vanescis; Fumus es, altum video, sed dissiparis; Cinis es, vinctum teneo, sed dissolveris. Nihil es Vita, quicquid es, nisi fortè vis esse fetor Bernharδο, Chrysofomo somnus. Non est, ò Vita, quod multum laborem in depingenda tua facie. Loquuntur de te omnia omnium temporum monumenta, loquuntur annales. Hi parietes, hæc valvæ, hæc tecta, hoc cæmeterium, qualis es, luculenter ostendunt. Monstrat, proh dolor! hodiernus etiam dies, hoc serum, hæc hora, quæ fertur funus Illustrissimæ, dum viveret, ac Generosissimæ Dominæ, Dominæ ELSÆ DUWALL, quondam Dominæ meæ clementissimæ, cujus obitus multis lacrymas, plurimis mærorem & suspiria, omnibus creavit molestiam. Dolet Finlandia surreptam sibi tutelarem Deam: Dolent sua rura amissam Dominam. Queruntur pauperes, quibus solatio, divites, quibus gaudio fuit. Queritor & ego quoties in memoriam revoco præclaras in ea naturæ dotes; vitam puram, religiosam; virtutes splendidas, eximias: hocq̄; unum reperio vices, quibus gaudio fuit. Queritor & ego quoties in memoriam revoco præclaras in ea naturæ dotes; vitam puram, religiosam; virtutes splendidas, eximias: hocq̄; unum reperio impræsentiarum, præ dolore non invenire posse me verba satis apta ad exprimendas, quas meruit beata illa anima, laudes. Quid? Patriam quæris? Svecia est: Genus? illustri in loco nata est, ex familia in patria nota Duwallorum: Educationem quæris? quid audio: vitam? taceo: virtutes? taceo id quoq̄; Quamquam, quid taceam ubi dicendi copiam res ipsa suppeditat. Vita sancta fuit, innocens, religiosa, sibi usq̄; similis, à mundo aliena adeò ut vel in summa, quam in mundo obtinuit, felicitate videretur contempsisse mundum: Verbum Dei ipsi Cynosura fuit, ad cujus ductum vitam composuit, ædes sacras frequentavit, amavit Ecclesiam, sacerdotes & Ecclesiæ ministros singulari favore prosequabatur. Cum quibus erat, piè vitam instituit, cum hominibus pacem, cum vitiis bellum habens. Gravis fuit, sed ita gravis, ut haberet urbanitatis salem, suavitè interspersum; Urbana fuit, sed sine affectationis nota sanctè Urbana; religiosa fuit, sed sine superstitionis macula piè religiosa; Prudens fuit, sed sine calliditatis labe sincerè prudens. Sic omnibus patuit, sive suis, sive alienis, ut nunquam videretur magis sua, quam cum alienis, aut magis foris, quam cum domi. Limen ipsi tritum à paupere, non à palpone; à probro, non à scurra; à civili, non à dentiis, quanto eius in aula mihi per triennium feliciter incubuit verbi divini ministerium; utpote, quem protegit clementiâ clientem, juvavit consilio cultorem, cumulavit beneficijs alumnum: Unde per obitum suum, cum notis admodum, tum suis potissimum; mihi verò maxumè sui desiderium reliquit. O Mors invida, quæ tantam hæroinam amplius vivere non es passa! O vita caduca, quæ, quam servare diu debuisti, animam deseruisti. Quamquam, quid te damnem Mors? Quid te accusem Vita? Lex æterna à principio dicta huic mundo, nasci, denasci, oriri, aboriri, nec quicquam stabile aut firmum summus ille rerum Arbitrator esse voluit, præter ipsam. Contine lacrymas, ò Illustris caterva, quæ nunc incedis lugubri veste induta; non est inauditum mori, commune est, novum non est. Supprime suspiria, Mæsta domus, mutavit sedem Domina, non exulat. Abijce planctus, Generosa propago, mortalitatem deposuit Mater, non mortua est. E valle miseriarum exijt, ingressa vitam, ingressa gloriam, ingressa cœlum. Salve nova cœli incola! Vale pia terræ quondam ac-*



Dn.

WALD
D U A L
E L S
D U A L

Natus Brunelles de Makrothop, sub Baronella de Callarix, Dominus in Garwela,

Abbas Lixala sans Degor, &c.

S. R. M. Regnicus Swecis

Scenoris de Cantor, Condans, Fincingillan

Mistralin ad Exaltationem Domini

DR. LAURENTII CREUTZ

sub bar de Callarix, sub Baronella de Callarix, Dominus in Garwela, &c.

Capituli Dilectionissimi

Natus Helms, Anno 1700, die 22. Martii, Anno 1707, die 17. Octobris, Anno 1707

Quarantena



Quoniam in commentum hanc vitam inuicem, inuicem autem inuicem, toties prior esse, qui colligit amore amplexumque cu-

[Faint, mostly illegible text covering the majority of the page, likely bleed-through from the reverse side.]

